



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 8. Alius locus ex eodem libro explicatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

in mentem; quæ cum haud prorsus ἀφιλόσοφα videretur; placuit alio rem iudicio committere.

Alius locus ex eodem libro explicatus.

CAPVT VIII.

IN EST obscuritatis aliquid etiam in iis verbis, quæ proximè antecedunt eum, quem modò adducimus, è Rhetoricis locum. ait enim Aristoteles, vnum contrariorum eam naturam habeat, vt aut aliud aut fuisse possit: posse id probabiliter etiam de aliis colligi. quod quidem verum esse non videbitur, nisi quomodo hic accipiatur *δυνατόν*, intelligas. id quæ Aristoteli nullo modo attigisse miror. *Δυνατόν* enim nomen interdum ita latè patet, vt amplectatur & quod necessariò vel fit, vel est, *ὡς καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἡμετέρας διαφορὰς*: & id quod citra vllam necessitatem. In hoc autem ad hoc tantum genus, quod postea loco posuimus, pertinet, *ὡς ἀπὸ διαφορῆς τῶ ἐξ ἀπὸ τοῦ*. Illo priore modo si accipiamus, falsum erit, quod hic Aristotele traditur. non enim si potest ignis esse calidus, sequitur, vt etiam frigidus esse possit. neque potest moueri calum, potest etiam quiescere. nam in iis quæ necessariò sunt, non vtrunque contrariorum est ἢ *δυνατόν*, sed alterum tantum; neque vtrumlibet, sed certò ac definitè alterum. Nemo autem cavilletur hic, motum & quietem non esse propriè contraria. constat enim, hic, vt saepe alibi, Aristotelem accipere τὰ ἐναντία ἀπὸ τῆς ὁμοῦ δυνατῶν ἀπὸ τῆς ἀπὸ τοῦ posteriori igitur modo accipiendum hoc loco est τὸ *δυνατόν ὄνομα*. & ita verissimum erit, quod docetur. nam hoc modo *πάντ τὸ δυνατόν ἐστὶν, δυνατὸν ἐστὶν καὶ μὴ ἐστὶν*. Ita disputantur hæc ab Aristotele ἐν τῷ *ἐρμηνείας*.

Correctus